qui damnum fecit, adduxerit, ut amore com-  
plexus sit eum à quo iniuria fuit affectus. Ac  
hominum conditio urbi quodammodo cō-  
parari potest. Nam is rationem & naturam  
habet, quemadmodum illa magistratus &  
plebem. Aeratio quidem regnat, natura au-  
tem paret. Et hæc lex à Deo ijs sancta est qui  
felices sunt futuri, ut nihil omnium rerum ag-  
grediantur, nisi quod rationi consentaneum  
est. Neque uero quisquam est, qui hanc inse-  
contentionem non experiatur: uidelicet ali-

В в в в

Præheculo epim corpore, tanquam fugitiuo seruo, fame primum & tunc amarum torquet. Deinde nisi post castigationem à contraria recesserit, tunc uero ratio, iracundia tanquam socio quodam contra hostes adhibita, acerbum corporis uestimentæ supplicium infligit. nec amplius parcendum censem equi aduerfari non, dubitat. Itaque uel per præcipitia deiicit, uel laqueo suspendit, uel ense trahit, & hominem sibi manus asserre cogit. Quod euidentissimum signum est, animum rationis participem non à corpore tantum diuersum esse, sed etiam dominum: & quidem eō usq; ut etiam perdat. Non enim, nisi aliud quidam esset, puniret, neq; per iracundiam occideret. Quod si quid corporeum in nobis dominaretur, corpus ad necem, cum uisum esset, non condemnaret. Nec enim quicquam sc̄e perditum cupit, atq; adeò ne uires quidem contra se habet. Omnia enim pro uibus tueri student, & cum ijs quæ salutem prohibent, irreconciliabile bellum gerunt. Quare si homo nihil p̄ter corpus & sensum esset, quiuis corporis appetitiones sequeretur, atque in id solum studeret, ut ei bene esset, bellum uero cum corporis uoluptatibus nullum esset. Neq; res quæ sensum excedunt, expeterentur, sed despicerentur, & contemnerentur. At forsitan sine necessaria causa, tantum uerborum fecisse quibusdam uidear cum constet, hominem maius aliquid quam corpus aut corpore a habere. Id p̄ esse rationem, quæ cuncta consideret, & dijudicet, & peragat, & ad legitimum finem quæ referat. Sed huius, ne aliorum quidem animantium naturam expertem esse, nam illa uideri, officium suum certa ratione facere, & cuiuslibet actionis certum sibi finem præstituere. Neq; enim ita agerent, nisi ratione ad finem ducentur: quoniam alioquin, ea quæ faciunt, cuius ascribere necesse esset, eoq; pacto nihil in actionibus eorum esset definiti: sed id quod casus tulisset, eis acciderget, cum ea quæ in oculos nostros incurruant, contrarium de eis testentur. Nam aut semper, aut maxima ex parte, ea quæ ab eis geruntur, omnia eodem modo eueniunt. Ego uero statuo etiam, quæ ab animalibus geruntur, ratione geri. Neq; enim in ijs duntaxat, sed in inanimatis quoque, rationis aliquod uestigium uideas, cum ipsa etiam ordine quodam & orientur & agant. Sed idem nego, ipsa eorum quæ sunt rationem in se habere, & sese secundum illam, suóque arbitratu, gubernare. Sed assero uniuersitatis au horem pro ea quam in se haberratione, quoduis ad finem ei animanti conuenientem incitare. Ipsa uero omnia rerum causas nō intelligere. Nā & sagitta cū metā ignoret, à sagittario dirigit, quod cā ferri cōuenit.

**Neck**

## CYDONII ORATIO.

15

corp<sup>o</sup> imperiū, atq<sup>u</sup> illud etiā q̄ corpus ingressus non omnino immergitur, sed eminet, & q̄ corp<sup>o</sup> ab eo separatū nihil facere potest: ipse uero omnino à corpore, & nūgis quæ inde oriunt, separat<sup>o</sup>, in maximas & grauiissimas cōtēplationes & sibi cognatas recedit: uidēs argumētu est, animi quādā naturā perse cōsistentē else, quæ corporis ministerio carere possit,

atq; esse & permaniere quā suopte robore.  
ad hēc quā suum nō poterā eō perfectius &  
purius agere possit, quōd corpus magis effuge-  
rit, atque operā dederit, ut secū ipse agat. Nā  
cū semetipsum à corpore & eius generis cu-  
ris absoluīt, aut mundi etiam errorem quin  
oculos incurrit, missum fecit, & obscuras re-  
rum rationes considerat, & ueritatem perse-  
probāt: tum sui demum iuris planē factus, ac  
quēadmodum ipse incorporeus est, attingēs  
exempla materia & corporis expertia: ac ue-  
lut adīta fanorum ingressus, corpus foris re-  
linqt, quasi nefas sit illo comitante, & ipsum  
animum tanquā tenebris quibusdam sua de-  
mentia perfundente, ueritatem comprehen-  
dere. Verū liberatus tanquam onere, tū ad  
essentiam & ueritatē expeditus penetrat. Et  
tunc hominem perfectissimum & sapientissi-  
mum, & uirum optimum, & omnes uirtutis  
titulos promeritum appellare licet. Sin cum  
corpore commisceatur, & sensu ac imaginati-  
one disciplinas captet, tum regi eum compa-  
rare queas, qui ultrō purpuream chlamydem  
& diadema abiecerit, qui q̄ seruis se cōmis-  
ceat, & ad seruilia ministeria descēdat. Quod  
si uoluptatibus etiam seruiat, & maculis cor-  
poris implieatur, tum ei comparandus fuerit,  
qui in lutum aut cōēnum se impellat, atq; pul-  
chrū illum & amabilem aspectum obscuret,  
& faciem quandam deformem & abomina-  
bilem asumat. Atq; si animus derelinquēdo  
corpore pfectiōnem suā consequitur, q̄s ho-  
mo corātus eum mortalem esse, & cū cor-  
pore interire cōcesserit? cum etiam antequā  
morte soluātur, ab illo ab sese recedat, & ope-  
rā det, ut sese ab illo separēt, quasi hoc pacto  
maximum fructū ex sese capere possit. Em-  
uero si eius uita in corpore posita est, atq; si  
ne eo interit ac dissipatur, quā fit ut omni cor-  
pore transcenso, incorporeā desideret, & in  
earum rerum contēplatione suauiter acquies-  
cat, & si q̄s inde abstraxerit, moleste ferat, &  
doleat, ut q̄ à suis & cōiunctissimis reb⁹ auel-  
latur? Mam q̄ delectatur, cū incorruptis con-  
iungitur: & rufum dolet, cum seiungitur. Iū  
testimoniō est, eum cognatiōne & similitudi-  
nē cum immortali habere. Quod si immorta-  
lia mutationi obnoxia nō sunt: consentaneū  
est, ne ipsum qđem sub interitū cadere. Quo  
uerō pacto, cum immortalis sit, eaq; de causa  
immobilis (corporū eī mot⁹ est) interitū su-  
stineat, quē in ullā rē sine motu cadere, nullo m-  
superat⁹ cōcidet. Neq; enī qđquā est, q̄ cū eo pu-  
erū ferrū, animū posse ablumere: sed pessim  
hā argumentationē euertunt, & ostendunt nō

## CYDONII

## O R A T I O.

17

per q̄ solam eum perire credibile sit. Quod si  
probabile est, initium respondere finit, conse-  
quens etiam est, id q̄ solus Dei uolutate abs-  
que materia ortū est sol⁹ etiā Dei uolutate in-  
teriturū. Atq̄ id uelle soluere, q̄ bene cōposi-  
tū est, nō esse boni, qdam sapiēs, cū de mūdo  
differeret, dixit. Præterea fieri nō potest, ut na-  
turalis & communissima appetitio frustra sit  
indita. Si usq̄ prei argumentū est, quod nemo  
ūq̄ ea quæ fieri nō possūt, appetiuit. Quis em̄  
unquā mētis cōdos, cupid⁹ fuit alarū? aut su-  
pra nubes lē tolli, aut p̄ fluc̄ tanq̄ p̄ solū am-  
bulare? quæ si qs uel in somno tātū uisa narra-  
uit, ridemns. Nā corū tātū quæ cōtingere pos-  
sunt, natura appetitum indidit. Itaq̄ q̄ om̄es  
natura apetūt, id ut cōtra naturā et frustra sit  
fieri nō potest. Verū in ppertuitatis cupic̄tā-  
te, om̄es cōsentint. Necesse igīt est, tum hoc  
futurum esse, tum fieri non posse, ut animus  
cum æternitate cōiunct⁹, uoto frustret. Qua-  
pp̄ter non cordatorum hominum est, quo-  
rundā de animo angor, ne fortè cum corpo-  
re extinguantur, & usquā esse desinat. Non e-  
nim in columis tantum illo pereunte manet,  
sed tuo munere recte fungi nō potest, nisi cor-  
poreis impedimētis liberet. Nā sapere, & in-  
telligere, & cū diuinis incorporeis q̄ cōiungi  
(id q̄ cum cuiusvis animi natura cōuenit, &  
quo cūcta quæ dicim⁹ cogitam⁹, tēlūt, ut q̄  
corū quæ in nobis sūt, optimū ac diuinissimū  
sit) id om̄ino corporis societate respuit, &  
sol⁹ anii, se planē à corpore, ad lese, & res quæ  
intelligēta, cōprehēdūt colligētis mun⁹ est.  
Et si em̄ aliquādo etiā sensib⁹ uitit, atq̄ inde oc-  
casiones quādā intelligēdi sumit, tamē id in  
rei auspicio dūtaxat facit, & dū uelut indoct⁹  
est, & in duō, ac pāulo momento huc illuc  
impellit, hac discēdī ratiōe uitit: quēadmodū  
q̄ palpādo res asseq̄ studēt, dū uisu deſtitūt.  
Sic anim⁹ quoq̄, uitā modo per natuitatē in-  
gress⁹, oculūq̄ suū magna corporis caligine  
tectū habēs, ac profūdo sopore oppresū, sen-  
sib⁹ indiger, q̄ eu tanq̄ somno excitēt. à quib⁹  
principio cōmor⁹, & exp̄gefact⁹, sensib⁹ in ueri-  
tatis indagatiōe nō ampliū uitit. Quin poti⁹  
eos ob incītiā aliquādo increpat, quādo co-  
gūt, ut in id cōsentiat, q̄ ipsi uolunt, quemad-  
modū ij qdiscere incipiūt, certa quadā linea-  
rū cōformatione op⁹ habent, post partā autē  
sciētiā ad eas denuō reuerti abnuūt. Sicut etiā  
animū, dum adhuc in corpore est, nihil absur-  
di est, sensus de scientijs percontari. Cū autiā  
à corpore solut⁹ fuerit, tū res intelligētię ob-  
sū nō esse necessariū: quippe quæ sua natura di-  
strānt, quarum præsentia & alitur & delectatur

Bbbb 3

cibo suauitateq; sibi conueniente: cui si corporeas uoluptates quis assimilare uelit, simu-  
lakra potius uoluptatum, quam quod nominan-  
tur, uerè appellabit. Nam illarū nulla est  
essentia, sed omnino in motu uersantur. Et  
quod eas recipit, est perforatum corporis do-  
lum, undiq; perfluens, & quod nihil contine-  
re possit. Cur ergo nihil in hilo imponas? aut  
quid tandem eorum quæ non manent, in fu-  
gijo manere queat? In animo autem uolup-  
tatis causæ sunt, quæ uerè sunt: neq; quicquā  
aliud nisi essentia, & quod eas recipit, sanum  
quiddam est, & solidum, & eis limile & im-  
mortale. Itaq; probabile est, inter eos qui de-  
lestantur, hos qui corporis uoluptates appe-  
tunt, deludi potius ab eis, & semper uacuos il-  
lis seperiri, cum id nunquam continere pos-  
sint, quod sequuntur: non aliter quam si & ip-  
sumbras persequantur, & corpus, cui illa pa-  
rānt, suapte natura non satis fidum, et ea quæ  
data sint, non contineat: qui autem animi  
uoluptates præferunt, eos reuera subinde fa-  
tiari et aliquo expleri, quod eodem modo  
perpetuò se habeat, & quam suauissimè uiue-  
re. Sic ea quæ post corpus eueniunt, animo  
& utiliora & iucundiora, et ut uniuersè dicam  
diuina, & melioris partis sunt. Itaq; primor-  
rum etiam sententia, qui uoluptatum deside-  
rio mortem aggraverunt, & secundorum, qui  
bus nihil amplius esse reliquum post mortem  
uidetur: non modò mors natura aduentans,  
horrenda non est: sed eius etiam cunctatio  
grè ferenda: & cum abest, uocada est, quippe  
cum aliter fieri nequeat, ut aut ueris uolu-  
ptatibus perfruantur, aut sint & uiuant securius,  
& mortali ac bruta parte, quæ perpe-  
tuò nihil est, liberentur. Desinant igitur &  
qui corporeas uoluptates deplorant, & qui  
se nusquam post corpus fore arbitrantur. Op-  
timum enim eis manet, ac potius totum, &  
quo solo, si sapient, lumen in quo diuinæ imagi-  
nis pulchritudo interitus expersa reposita est,  
nulli calamitatū obnoxia, quæ uirtutis & pru-  
dentiæ particeps esse potest: cui id unum dā-  
ni est, si carni seruāt, & eam amplexetur. Sed  
si eam relinquat, id est redditus ad uitam, & ad  
id quod uerè est, & sacræ ueritatis fructus.  
Quo circa quā fieri potest, ut non melius no-  
bi scum agatur, corpore recedente, quod  
animus degrauat, atque attrahit, neque si-  
ni it ultra cœlos attollit. Nam auro etiam cum  
melius, aut suauius si modò quid prudentiæ ha-  
ras sunt, suaq; admixtione apparere nō sinunt, q  
purgatione illa dolere, qua manifestè perficitu  
indignandum non est, quod mors rerum nostri

neqe statim proptera adum, id detrimentum nobis  
afferre si ablatione misericordia nobis non esse ma-  
ximam ostenderimus. Sed donec deteriore, &  
eo quod prohibere nos a uitae puritate potest  
liberamus nihil danni mors nobis allatura est.  
nihil enim formidabile nobis est, nisi quod a-  
nimo in primis graue sit: & felicitas nostra ni-  
hil aliud est, quam proba animi constitutio.  
Nos enim animus, & quicquid ad eum perti-  
net, sumus. Quod si is mortis periculum pon-  
it: nihil proficit, quo minus nos immor-  
tales & similes, & nuncupemur. Quod enim in  
nobis moritur, & paruum, & non idem quod  
nos, sed nostrum quidam est, nec sua muta-  
tione contra nos mortis quoque suffragium fer-  
re potest: quemadmodum nemo corpori ma-  
las uestes imputabit, neque si illae rumpantur  
aut deterrentur, id corpori accidere censem.  
Si tamen exiguo hoc intereunte, hominem id  
cyclo mortalem uocandum esse quis putet,  
quanto aequius est, ob id quod maius est, adeo  
que excellit, & interitum luperat, & manet,  
eum & immortalem, & nulli cladi obnoxium  
uocari? Mens enim sola, purus homo est: in ea  
qua sola, prudentia & ratio cinatio sita est, qui-  
bus homo a reliquis animantibus distingui-  
tur. Aut igitur qui obitum totos nos perdere  
dicunt, aliquam timendum mortis causam se ha-  
bere putent, ubi demostrauerint animu[m] mor-  
talem esse, & cum corpore abire: aut quoad  
Deus & recta ratio & philosophia, & ea qua  
in ipso animo quotidie apparent, demon-  
strant, eius essentiam interire non posse: reci-  
piant animum, neque ita erga fatum affecti  
sint, quasi in barathru quoddam, ex quo nul-  
lus regressus pateat, casuri sint. Quod si uero  
hominem morte penitus deleri contigeret,  
ne sic quidem mortis memoria affligi oportet.  
Sed cogitandum potius esset, quantis cor-  
poris molestijs uitare reserta sit: & quanto sit le-  
uius, omnis sensus expertem esse, quam tan-  
tam tempestatem, quae a corpore nobis indies  
excitatur, tolerare: quam animus neque fran-  
gere, neque ferre potest, cu[m] compages nostra,  
corporis affectiones ad eum transmittat. Nam  
hoc animo necessariò serendum est, dum ge-  
nerationi seruit, & multa quae ad corpus atti-  
nent, inuite recipienda sunt, ut qui illi  
non penitus imperet. Quare infiniti labores  
necessariò nobis sumendi sunt eius causa,  
quod nunquam non bello petitur, dum alias  
famem eius sedamus, alias sitim extinguiamus,  
alias frigus abeo propulsamus, alias loca que-

estus deuitandi causa subeat, excogitamus. Taceo peregrinationes, terra mariq; susceptas.

harum rerum parandarum causa: & blanditi-  
as ac seculis gestus, quia pe propter obulū  
execrandis hominibus præstantur. Quæ res  
quo non laqueo grauior est homini, qui uel  
minima ex parte scemetonsum nouit, & confi-  
derat à quali ueritatis & uirtutis altitudine,  
in qualem scurrilitatem & uilitatem decide-  
re cogatur? lam quid de uariorum morborū  
doloribus dicendum est, cum sæpe corporis i-  
ta erodatur, ut uix calamitosæ ueteris homi-  
nis reliquiæ supersint? Misericordia non mo-  
dò non possunt reliquis nō uti, sed nec quod  
ijs corporis patribus substituant, quæ eis pe-  
rierunt, habent: atq; adeò ne eos quidè, à qui  
bus consolationem audiant, quoniam om-  
nes faniem, & putredinem, & molestiā quæ  
de oritur fugiant, quod ipfis doloribus ijs  
est acerbius, ut doloris acerbitas eos sæpe la-  
q; eos, aut præcipitia aut enses desiderare co-  
egerit. Ut autem concedamus, nullam à cor-  
pore perturbationem animo oriri (q; si fieret  
monstri instar haberetur) quis satis enarrat  
tempestatem, quæ in adolescentia, & corpo-  
re incolumi, animis à corporibus cōcitat?  
Omnino enim homines, tum ne homines  
quidem esse possunt, cum ueluti fluebibus  
ab agitatione illa mentis, in brutorum na-  
turam detrudantur. Secundis enim animi pars,  
& rationis obnoxia imperio, arrepta occa-  
sione, satietate insolescens, seditionem con-  
tra spuentem mouet, neque amplius obtem-  
perandum censem. Sed animo oppresso, so-  
brias & honestas cogitationes exilio & igno-  
minia multat, atque sibi assito imperio, quòd  
fortuna tulit, impellitur. Et cum uirtu-  
tem omnem tanquam impotentiam aliquam  
contemnit, tum existimat in sola improbi-  
tate fortitudinem esse sitam: denique assi-  
duæ ebrietati, & petulantiae, & omni iniqui-  
tati hominem tradit, neque prioris figuræ  
quicquam aliud præter hominis nomen  
illi admittit. Sic corpus dolore afficit ani-  
mum, non minus per uoluptates, quam per  
molestias: ac potius plus damni facit ex o-  
cio. Nam etiam auriga plus læditur, cum  
equi eius malo pastu & satietate lasciuunt,  
atque temerè saltant, quam cum ob famem  
& imbecillitatem lentè progrediuntur. At-  
que hæc dicta nobis sint ad eos qui opinan-  
tur, hominibus post mortem nihil esse reli-  
qui, sed omnia perire: qui quæ putant ip-  
sam hac de causa rerum humanarum esse pe-  
tis etiam uidentur ijs, qui non tardissimo su-  
hac uita alibi, eo quod in nobis & maximum  
mus, & permaneamus. Tametsi maximas &

## CYDONII ORATIO:

21

quibus sacra  $\varphi$  oracula, quæ cū his prætulimus consentiunt, dea dstrarf potuissent, quæ p̄ post hanc uitatam iucunda & blanda uiris bonis futura promittunt, ut nullo modo uerbis explicati queant, nisi ad hāc disputationē rudiora & magis obuiā sensib⁹ adducere uoluissem. Restat igitur, ut & tertij ali- quid respondeamus, & declaremus, ne ipso- rum quādem cogitationes carere timiditate nō conueniente. Ac ultionem esse apud inferos, eorum quæ hic delinquuntur, & multis acerbitatius illicē multstari redundantes hu- ius temporis uoluptates: hanc opinionem firmā esse, non doctorum tantum uirorū con- sensus approbat, sed & diuinæ iusticiæ & qua- litas, quam omnes etiam impudentissim⁹ cō- cedunt, ac necesse est, hāc sententiam immo- tā in animis retinere. Neq; em̄ sine scelere co- gitare possumus, bono & perfe<sup>t</sup>issimo Deo aliquid boni dēesse. Iustitia autē cū omni- bus bona est, tum uerd̄ ijs quibus principiat⁹ obtigit, sine qua multis peccatis imperium complebunt. In primis autem Deus regnat, & maximo ac absolutissimo imperio prædi- tus est. \*

\* nihil est

quo opus habeat, ut necessitas cum aliqua ex parte ad seruitutem trahat. Ipse igitur cum præsideat omnibus, & humana facta inueatur, iusticiam necessariò iuxta se collocabit, qua & bonorum remuneratioes & malorum supplicia definiat: quod felius iusticiae thanus est. Quod si Deus est bonus, necesse est uiris bonis coronas, ac improbis supplicia præparata esse: quæ nisi hic luant, necesse est ea illis post obitum reseruari. Nōque enim fieri potest, dignitatis à iusticia rationem non haberis. Quod si hoc uerum est, iam mors pessimis, in rebus numeranda non erit. Nam si author esset seculaturum molestiarum, meritò ab ea quispiam abhorreret, ut qui per eam miser et infelix futurus esset. Si uero post obitum alij ad coronas currunt, alij ad tormenta adiunguntur, cur eam rem morti imputemus? dum uitæ magis ob ea quæ expectanda sunt, criminati oporteret. Non enim morientibus, sed ijs qui perperam uixerunt, poenæ destinatae sunt. Quocirca si haec sunt auer-sandæ, æquius fuerit, à morte ad uitam odi-

um transferre, à qua, mala in animis redundant, quorum poenas suimus. At mors omnino criminis expers est, quia causa non est sequentium formidinum. Cum illi uero quæ post ipsam molestia sunt assignemus, quid obstat cur bonorum compensaciones acceptas illi non referamus? Viri enim boni post eam solatia consequuntur. Itaque ex illis quæ post obueniunt, non magis mala, quam bona appellanda erit.

Ac

Ac potius, si ueritatem spectemus, etiā in bonis numerandam ellinutiemus. Eos enim qui iustè uixerunt, ad uirtutis præmia accer- sit, et improbis improbstatis finē statuit, quā cordati quo quis supplicio grauius ferūt. Quapropter impendentium calamitatum minæ morti imputandæ non sunt, sed nobis ipsis, et uoluptatū seruituti, per quas amimis nostris læsi, prætorium illud, ipsi nobis formidabile redditimus. Itaq; si has caueremus, nihil impe- dimento esset, quo minus bēne etiam morte de nobis mereri putaremus, que ad bonorum remunerations celerius nos transmittere ret. Quare metus ille non à morte, sed horror à conscientia oritur: quemadmodum ijs acci- dit, qui grauissimorum scelerum sunt conuicti. Nam illi quoq; præstitutā à legibus diem expauescunt: & cum eam accedere animad- uertunt, exanimantur, cum ijs facinorib⁹ que comiserunt, imperare debuissent. Aiunt, quinta, quarta, tertia, deinde ea quam maximè om- nium dierum timeo, & horreo, et execror. Mi- ser, quod nam est dīci uitium, propter quod hanc ita abomineris, cum ea quidēm multi sacrificent, & libationes ob uictorias offerāt, & coronas gestent, & rerum bēne gestarum præmia consequantur? Tu uero petulantia deditus, uelut ijs qui diem à legibus præfinitū expectant, times. Atqui illis euadere non li- cet, ubi semel condemnati fuerint. Nobis au- tem poenitentia, & uitæ modestior institutio, si actiones nostras ipsis condemnauerimus, ir- ritum facit atrox illud suffragiū, & ipem me- liorem suppeditat. Quod si ergo ea quæ mor- tem sequuntur, hos ad eam metuendam uerè impellunt, uitæ correctio timorem illum con- soletur. Ea in nostra potestate est ac uolunta- tet tantum opus: & sic timore euanescent, & admirando loco prioris tempestatis, tranquilli- tas in animos introducetur. Quid igitur uer- bis opus est, cum calamitatum depulsionem tantum non in manibus habeamus? Sin quis putet uitam uirtute præditam molestam esse, & receptum ad hanc à uoluptatibus, non cu- iusvis hominis officium esse existimet: eum igit- tis appareat, timoris huius causam, in quandā animi dissolutionem & mollitiem conferre. Nam omnis metus fore expertes eos, qui di- ligentiam adhibere uelint, ipse utiq; assentie- tur. Ergo non ab ipsa remetus existit: sed ab eo, ut longū culpet, et ociosè disidēs, ijs quæ peri- eos à quibus damnatus esset, aut etiā alios præ- detines, & iudices non modò in te non an-

# C Y D O N I T O R A T I O.

τίς οὐκ ἦν Κλοπαῖς, σαυτῷ τὸν μὲν ιανόν, ὁρ  
τεῖσθαι λαγύζουν. οὐ ταῦτα πάντα αὐτὶ τὸν τρίτον οἱ  
πρεσβύτεροι καὶ τοῦ εἰσαγόσι τοῦ Αρδού, οἱ τέλη οὐλο-  
γῶν εἰνεῖσαν, καὶ τὴν τοιούτῳ ἀπολαύσεως τῷ δια-  
νατοῦ φεύγοντες. οὐδέγειν γέρετρον οὐ τὰς οὐδονάς  
καὶ τοῖς αὐτοῖς αἰτιώμενούς εἰνεῖσκομεν. Τόσον γέρε  
τοῦ σφόδρα ταῖς ταῖς συμπειθυῖαι, οὐκ αὐτοῦ  
κρύψιον ταῖς πᾶσαῖς θάνατοῖς εἰσιν. το-  
σούτοις δὲ τῷ προτρόπῳ ἔχουσι πλεονέσσορες βίλα  
βίντινος χρήματι πειστέλλουσι τὴν ἀπολασίαν,  
οὐδὲ οὐ χρειαπόροι θελέγεται, οἷς λεγοντι φασίσθαι  
λιοκαθίσιον. Εἰ γέρετρον οὐ τῷ πολλάσσεων Σω-  
φίᾳ φοβερῷ ἐργάζεται σοι τῷ θελατοῦ, τίποτε  
πρὸς ὀλίγον τὰς οὐδονάς ἔχωντας, οὐτω πειθον-  
τῷ ἄρχοντος τὴν Φυκιῶν ἀπαλλάξεις, καὶ οὐδονῶν  
οὐδονάς απαλλάξει, τῷν ἀποκαθάρισμάνθων τὰς ἀσφε-  
λτις, καὶ τῷν μικρῷ τὰς μεγίστας, καὶ τῷν προ-  
πομπῷ τὰς αἰσθοντας; ἐκείνας μὲν γέρετροι οὐδονῶν,  
καὶ τῷ προτρόπῳ βίον μετὸν ἀπολασίαν εἴσοντες, τρέ-  
μουν ἀπὸ τῶν θλίψεων, καὶ μεσίσιοις, καὶ ταύτην μιθε-  
μίαν αἰδοντοι λαμβανόντες τῷν λεγομένων οὐδο-  
νῶν. καὶ γέρετροι μελλοντι τῷν νιῶτα προσδιοκαθίσιον  
πιπέραις καταλάβεται. αὐτὸν δὲ μικρῷ αἰτιώντος,  
καὶ τοῦ σφέροντος ἄγκυραν βίον, καὶ τῷ παρονότας  
ἄγαθῶν τῷν ἐλπίδων οὐδονῶν, καὶ γέρετροι μελλοντι  
μετ' θνητοσάνθιστος διόξεις δὲ τῷν μικρέρων μόνον ἐπε-  
πολέμηροι γνωσθέντες, ἀλλαζόντες τῷν αὐτούσιον παντών  
μετ' εὐθυνίας σοι προσαγγειούσιν. ἀλλ' ὡς εἴσοι τὸ  
πρωτεῖαν οὐδεὶς γενόμενος, δὲ λευθερίας ἀπλαν-  
θαίει, οὐ σωτηρίης τρόμον συζητεῖν αὐτοῖς· βαύλοισιν  
δὲ τῷν ὄντεισι μέλλονται ἀπαλλάξεις τοιούτη, τοιούτη  
λογίζεται δίσος, μεσόν σαυτῷ ποθεὶ τῷ θνητούσιον ήτο  
τοικρυνίζεται. συμπράττοντοι τοῖνας μέντοι ταῦτα  
φάνεται αἵτια τὸν τρομακτὸν μετρίων, ηγέραμπε  
θια τοῖνας συμβαίνει, μικρῷ τὸν πάρο τὸ σῶμα τῷν  
αὐθερόπομπῷ εἰσαΐσθιοι μηδένων, δεῖ τοὺς πάρο τὸν τὸν  
γάμωρτος, τὸ σώματον τοῦτο οὐ σωτῆναι οὐ σωταπόλ-  
λοντα, οὐ δίξιον δὲ τελευτὴ προστίσυς ταράττον  
ται, ὡς αὐτὸν διόρθωσι μετὰ τοῦ δένεται τοῦ δύντοντος,  
οἱ ταῖς οὐδονάσι ἐσαΐσθιοι πρασίνοντες, ἀλλαγήσο-  
τατων χωεῖσθαι μελλοντες, θελεμίαν ἀλλων ἀλλό-  
θιτροὶ σαρκὸς οὐδονῶν ήτοι τοικρυντέρων εὐέ-  
σταις ἐλπίζοντες. ὡς εἰπότας Διονύσιον τοις χωρέσσοις  
πόθος τὸ χρεών, ὡς αὐτοῖς παντάπασι τὸν γάμον ήγ-  
έτελος ἀπλαυσμάντος. τότε μὲν τῷρι μηδοῦ οὐτοὶ ἀλλοί  
λαμπεῖν γένεσις. οὐδὲ γέρετροι οὐδονῶν μετειστατείσαν τὴν Φυ-  
κιῶν τῷ σώματος παντελῶς αὐτούσιασα, δισυγχωρεῖ  
ταῦτα ἀλλικενιδεῖσαντο γεττητοῦ, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ  
μιγματοσωματικούσιον τοις Φυκισίας αἰδανούσιον,  
δισειρ πολλῶν τῷν τοικρυντέρων μεταλλων  
γήνει χριστὸν ὀλίγους, καὶ δι' εἰπισήμης οὐδεισαν,

Quod autem contendis, ipse tibi culpam eorum quæ perperstus es, acerbis. Si ergo primi illi homines pro tertius nunc etiam reuertuntur, qui propter uoluptates, earumque suavitatem mortem horrent. Deprehendemus enim, etiam hos nihil culpare aliud quam uoluptates. Nam quia nimium arcte has complexi sunt, non ferendum esse censem quicquam, quod iam suavitatem sistat. Eo autem priores superant, quod immo destia sua quādam uerecundia speciem prætexunt. Neque aero difficulter redargui possunt, cum suapte oratione facile uincantur. Nam siquidem (bone vir) suppliciorum suspicio mortem tibi horribilem facit: cur non paulisper eictis uoluptatibus, animum usque adeò premente onere liberas, & uoluptates uoluptatibus permutas, periculolas tutis, & minutis maximas, & brevibus æternas? Nam illis seruiendo, hanc quoq; uitam molestiarum plenam perages, pœnam subinde tremens & me tuens, & hic nullum sensum percipies earum quæ uoluptates dicuntur: & in posterum re ipsa experieris, quæ nunc expectas. Quod si paulisper adsanam mentem redieris, & uitæ modestæ periculum feceris: etiam in præsentia, spe bona delectaberis, & deinceps suauiter æstatem deges, non molestijs modò remotis, sed bonis etiam ornatis ubertim tibi affluentibus. Sed si præsenti scilicet suavitati in seruitutem tradis, libertatis obliuisceris, neque recusas in perpetuo tremore uiuere: & dum ipsum probro liberare studes, mortis timorem imputas, cum ipse te culpare debas, qui turpis simis reb. succumbas. Quod si in summam contrahamus, duas causæ apparent, ut mors timeatur. Nam hoc aut inscitia quadam accidit, cum homines se præter corpus nihil esse existimant: aut tametsi in eis aliquid præter illud sit, id unà cum corpore & esse & interire. Ideoque qui uoluptatibus sese tradiderunt, morte aduentante conturbantur, quasi nil sit eis post mortem reliqui: & dolent, cum haec relinquenda sunt, quod desperent se usquam etiam suavitatem, carnis uoluptatibus iucundiorem & puriorrem, reperturos. Itaque non iniuria cum lachrymis fato concedunt, nimis longe & fine eis penitus pereunte. Verum hærum duorum, alterum ex altero nascitur. Nam uoluptatum seruitus cum animum corpori planè commiscuit, non patitur eum scipsum perspicue contueri, sed homo perpetua consentit totū animū toti corpori permixtū esse orbis metallis: atque cum obscientia inopiam,

instar imperiti metallici, hæc in uicem separare nequeat. illud quod dentur, & hominem esse ait, qui quantumplurimis uoluptatis ingurgitari possit, id unum in lucro deputans, quod commederit, & bibet, & rebus uenereis impenderit: quod Sardanapalus monumento suo inscriptissime fertur, id ipsis animo suo sic inscribens, ut deleri non possit, id quod eum accideret, si continetia uoluptates coiceret: & lucrum putaret, non autem damnum, si quid his decederet. Nam si sic paulatim à corpore resolueret, & se intueri assueceret, non ignoraret se, sed ueritatis & incorporeorum fieret contemplator: atque intelligeret, nihil ad illam sibi contemplationem corpus prodesse: & recipiret ibi animum suum à corpore liberatum, & per se etiam ante mortem consistere posse: eoque & pulchriorem & robustiorrem esse, quo minus corporis consors sit. Et sic tali statui assuefactus, non doleret, cum partes eius diuellerentur: nec sibi timeret, cum persuasum haberet, ijs rebus quarum periculum fecisset adductus, animum sibi permansurum esse. Sic etiam uoluptates animum corpori commiscentes illi sensum sui eripiunt, & timide & ignorante replent. Ob hanc porrò inscitiam, uoluptatibus, earumque foribus magis commiscetur, neque ullum huius infelicitatis exitum reperit, cum in inscitiam propter uoluptates delabatur, & ab illa inscitia in uoluptatum barathrum præcipitur. Neque uero mixtum hoc est. Quilibet enim homo bonum aliquod appetit, istiusque gratia cuncta & dicit, & considerat, & agit. Neque enim quisquam adeo infelix esse potest, ut sibi & actionum suarum malum finem statuat. Quod si scientia & cura boni naturam comprehendenterit, illius lumen tanquam duce utensium & perspicue cernit quod properandum sit, & cursum contra errorem conficit, & id quod desiderat consequitur, & dolere definit, & de se fudit: quippe qui nunquam priuandus sit essentia, & uita, cum essentia & uitæ causa coniuictus. Sin ignorauerit desiderium suum ob ignorantiam quandam, tanquam parentem ijs qui longo tempore à suis sciuncti fuerunt, & barbaris seruierunt: boni desiderium ne sic quidem eum deserit, quippe quod innatum eis sit sed quærens quibus comprehensis amore sedet, fertur ob bona inscitiam ad eius simulacra & similitudines: ac à ueritate scientiæque delapsus, ad opiniones & mendacium festinat, atque assilit intemperanter corporibus, ijsque rebus quæ per corpus exercentur, umbra pro ueritate ipsa arrepta. Itaque boni loco suauitatem colit atque amplectit, & mædacio loco ueritatis quæ à bono existit, delecat:

C Y D O N I I   O R A T I O .

μήστω διὰ σύγνοιαν τοῖς ἀκαθάρτοις οὐδεῖς αὐτῷ  
δέσποιν, καὶ ταῦτας ὁμολογεῖσθαί βίσθηλονται, αὐ-  
τας εἴτε ἡ ἀγαθοῦ παντελός πεπεισμόν. οὐ γάρ  
εἰσιν οὐχέτι πεπονισμένοις ὑπὸ βόρεος, οὐ γάρ σκό-  
τος, οὐ πεντεδάκτυλος ἀμυνόσθετος οὐδὲ πλευρῶν  
πάντοτε αὐτοῖς φυλακτόμορφός τούς γε οὐδὲ ἀληθῶς ἐν-  
δαιμόνως ἵππορθός, Θέλλας μὲν πρὸς θύνασιν γίνεται  
διάπολεστος οὐδὲ πάμποι. ἤχθρον ἡ τοῖς Φοίνικαστος οὐ  
δοκεῖ, οὐτε μήτε διὰ ἀμαβίων ἀλλού πλανώμενος  
ζητεῖ τάγαθον, οὐδὲ μηδενὸς ἐνρυγχίου, πρὸς ἐπεινά  
οὐδὲ θεραπεύει μήτε διὰ τὸ ταῖς οὐδονάσι ἀδικητή  
διὰ τὸ Φίνης ὄμησα, οὐδὲ διὰ ἀφροσιών ήνφλεθρή, οὐ  
ἄγνοια τὸ ἀληθῶν οὐδονάρη μεγάλη τὸ Βίον, οὐδὲ τοις  
ἴκανοντις ξύμισθε, οὐδὲ καλλίστη τὸ ἀρμένιον τὸν αὐτόν  
οὐδὲ πάντων ἀρμόσθε, οὐδὲ αναστορεῖται τοῦ Φίνης Φίνης  
ἴκανοντις οὐδὲ τοις. οὐδὲ τὸ λοιπόν, οὐδὲ πάντας πρὸς  
τὴν θεῖον τοῦ Φίνης τοις, οὐδὲ τοις οὐδίοντος αὐ-

τῷ γράμματος βίσθηλονται.

T E L O S.

25  
sicque cum impuris voluptatibus pacificetur,  
& se his per omnem etatem seruiturum pol-  
licetur, periuasum omnino habens ipsas  
summum esse bonum. Et haec extrema miser-  
ia est, & coquum & tenebræ in quibus, uerè  
dictum est, fore ut iaceant non initiati. Hoc  
igitur cuius homini cauendū erit, qui uerè  
beatè uiuere uolet. ac opera danda, ut uirtuti  
& sciètiæ p. uirili semper amicus, corporis ue-  
rō uoluptatib. hostis sit, ut ne ex inscitia ober-  
rans, bonum alibi querat: & se reperiisse pu-  
tans, id quoq. iucundum est præ illo colat, ne  
que in ignoratione uerarum uoluptatum æ-  
tatem exigat, animi oculo uoluptatibus suf-  
focato, & uæcordia excœcato. Quod si ita se  
composuerit, & hac ratione res suas dispro-  
suerit, ut pulchrius comparari non possint,  
tum animum suum immortalem esse inueni-  
et & sciet, & deinceps non modò morte non  
timebit, sed eius etiam cunctationem mole-  
stè feret, eamq. à Deo exoptabit, ut eo pa-  
cto, suauiori uita potiatur.

F I N I S.

Cccc